

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]**

Beatus Fulgentius Cartaginensis epsicopus: omelia in natale sancti  
Stephani Protomartyris Christi

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

et habitauit in nobis. Ut per cognatum nobis hominis habitum. Nobis conuersando congruere. Nos al loquendo instruere. Nobis uiuendi uiam praebere. pro nobis contra hostem confluere. Nram morte moriendo ac resurgendo posset destruere. Per uiae ternam uero patri diuinitatem. nos interius uiuificando ad diuina sus tolleret. remissionem nobis peccatorum pariter. & sps sci dona concederet. Et post bonorum perfectionem operu non solum nos ad uidendam gloriam clarificatae suae perduceret humanitatis. sed et incommutabilem nobis essentiam suae diuinae maiestatis ostenderet. In qua uiuit & regnat cum patre in unitate sps sci. p omnia saecula saeculorum. In

XXVII **INNATSC SEPH**  
**N**IPROTO MARTYRIS XPI  
**O**MEL BEATI PULCENTII  
**C**ARTAGINENSIS EPI.  
**D**ERI CAELE  
**B**RAUIMUS

temporalem sempiter  
 ni regis nri natalem. Hodie celebra  
 mus triumphalem militis passio  
 nem. Heri enim rex nri crabea  
 carnis indutus. de aula uteri uirgi  
 nalis egrediens. uisitare dignatus  
 est mundum. hodie miles de taber

naculo corporis exiens. triumphator  
 migravit ad caelum.

Ille sempiternae deitatis maiestate  
 seruata. seruale cinctorium carnis  
 assumens. in huius saeculi campo  
 pugnaturus intravit. iste depositis  
 corruptibilibus corporis indumen  
 tis. ad caeli palatium perenniter  
 regnaturus ascendit. Ille descen  
 dit carne uelatus. iste ascendit san  
 guine laureatus. Ascendit iste  
 lapidantibus iudeis. quia ille des  
 cendit laetantibus angelis. Glo  
 ria in excelsis do heri exultantes  
 sci angeli cantauerunt. hodie ste  
 phanum laetantes. in suum confor  
 tium susceperunt. Heri dñs exi  
 uit de utero <sup>uirginis</sup> hodie miles egres sus  
 est de ergastulo carnis. Heri  
 xps pro nobis pannu se inuolutus. ho  
 die stephanus stola est ab eo in mor  
 talitatis indutus. Heri praesepis  
 angustia xpm portauit in fanctem.  
 hodie immensitas caeli suscepit  
 stephanum triumphantem. So  
 lus descendit dñs. ut multos ele  
 uaret. Humiliauit se rex noster.  
 ut suos milites exaltaret. Que  
 nim corporis suo uirginis praepara  
 uit uterum. ipse martiri suo ape  
 rire dignatus est caelum. Oni  
 xps angustias uitae non dedignatus  
 est uteri. ut animam stephani lati  
 tudo susciperet caeli. **Necessariu**

tamen nobis est fratres agnoscere. qui  
bus armis praecinctus Stephanus.  
seuiciam iudaeorum potuit superare.  
ut ita meruisset feliciter triumphare.  
Neque enim parui pendenda  
sunt talis uirtus talisque triumphus.  
**H**aut uero uilibus armis potuit praec  
mumiri. quia multis non potuit su  
perari. Inuictae namque in eo eni  
tuit insigne uirtutis. quae nec fre  
mentium saeuiciam formidauit.  
nec lapidantium ictibus deuicta suc  
cubuit. Usque adeo enim inter fre  
mentes permansit interritus. & in  
lapidum fuit cruciamenta securus.  
ut incredulitatem iudaeorum fiden  
ter argueret. & benignus pro lapi  
dantibus exoraret. *fines* Quod est  
ergo tam magnum atque insuperabi  
le genus armorum. quomunius  
seuientes argueret. lapidantes non  
repercutiens. sed patiens superaret.  
Insuper & occisus. aulam caelestis  
regni uiuus & coronatus intaret.  
Procul dubio munimine regio septus.  
nullatenus est ab aduersariis su  
peratus. Quo rex noster cum sit al  
tissimus. pro nobis humilis uenit.  
sed manus uenire non potuit. Mag  
num quippe donatiuum suis militibus  
attulit. quo eos non solum copiose di  
tauit. sed etiam ad certandum in uic  
tissime confortauit. Attulit namque  
donum caritatis. quae produceret homi

nes ad consortium detaxis. Quod  
ergo attulit erogauit. nec sibi aliquid  
minuit. sed mirabiliter & suorum  
fidelium pauperiem ditauit. Et in  
deficientibus thesauris plenus ipse  
permansit. Caritas ergo quae ad  
terram de caelo deposuit christum. ipsa  
Stephanum de terris eleuauit ad caelum.  
Caritas quae praecessit in rege. ipsa  
subsequenter resulsit in milite.  
**O** admiranda ubique potentia saluatoris.  
**O** praedicanda indefinenter gratia re  
demptoris. Ostendit in matre  
uirginitatis aeternae miraculum.  
demonstrauit in martire. inuictae  
caritatis indicium. Integritas quip  
pe intemerata permansit in uirgi  
ne. dilectionis uestis inuicta perse  
uerauit in martire. Et sicut in  
matre domini non potuit uirginitas  
uiolari. sic in martire mente non  
potuit christi caritas. tanto saeuienti  
um agmine superari. Stephanus  
ergo ut nominis sui coronam  
meruisset accipere. Caritatem pro  
armis habebat. & per ipsam ubique  
uincibat. Per caritatem disaui  
entibus iudaeis non cessit. Per cari  
tatem proximi pro lapidantibus in  
tercessit. Per caritatem argue  
bat errantes. ut corrigerentur.  
Per caritatem pro lapidantibus ora  
bat. ne punirentur. Caritatis  
uirtute subnixus. uicte saulum

crudeliter saeuientem . & quem habu  
it in terra persecutorem . in caelo me  
ruit habere consortem . Ipsa sc̄a  
et indefessa caritas . desiderabat o  
rando . acquirere . quos nequiuit  
monendo conuertere . Neque  
enim fr̄s existimandus est stepha  
nus . tunc inimicos dilexisse . cum pro  
eis oraret . & non dilexisse . cum eorū  
incredulitatem arguendo corripere .  
**A**bsit hoc ab anima martiris . ad caeli  
palatium festinantis . Ipsa enim  
sc̄a caritas . firmam seruauit in ora  
tione . patientiam . quae regendam te  
nuit in correptione censuram .  
**E**t ideo in oratione . audiri meruit  
lentitas . quia sine caritate non fuit  
in correptione saeuientia . Ac per  
hoc siue orando siue corripiendo .  
caritatem beatus stephanus reser  
uauit . quia utraque salutem  
errantium cogitauit . Et iudicio  
sc̄ae orationis ostendit . increpatione  
illam non fuisse odii . sed amoris .  
**H**oc autem faciens . & praesentibus cari  
tatem beatus martyr exhibuit . & uti  
lenis exemplum posteris dereli  
quit . Demonstrauit enim gemi  
nam ecclesiastici dispensatoris industri  
am . ut ad corrigendum cuiuslibet pec  
catis errorem . & non desit in ore cor  
reptio . & ad dñm pro eo supplex ef  
fundatur oratio . Ut qui malum  
facit . per increpationem de malis

operibus confundatur . Et per ora  
tionem apud dñm adiuuetur .  
**A** sic ipsa caritas & in ore iustitiam so  
net . ut errantem corrigat . & in cor  
de patientiam seruet . ut pro erran  
te orationem puro affectu dilectionis  
effundat . Qui enim errantem  
non corripuerit . de negligentia  
iudicatur . Qui autem pro eo non  
orauerit . de pertinacia condemnatur .  
**Q**uo circa fr̄s . si quando aliquis pro ani  
mae salute . corripitur . non asper  
nantes accipiat monita caritatis . Nec  
praesentem tristitiam suae uolunta  
tis attendat . sed consideret quae  
lucra utilitatis adquirat . Idcirco  
enim arguitur . ut a peccatis operibus  
corrigatur . Nec cum uidet correptionem  
aliqua uerborum austeritate  
feruere . Existimet caritatem in cor  
de frigescere . Sicut enim uigilet in  
ore correptio . ut in corde non dormi  
tet oratio . Ac per hoc in uiciorum  
peccanti consulte prospicitur . ut dum  
homo correptus de peccato confundi  
tur . & a malis operibus separetur .  
et per orationem dō miserante salue  
tur . Nam & sc̄a scriptura dicit .  
**Q**uō quem diligit dñs corripit . flagel  
lat autem omnem filium quē recipit .  
**X**p̄i ergo caritate compulsi . & bonos hor  
tamur ut in bono permaneat . &  
malos compellimus ut a malo disce  
dant . Praesertim quō in istis duo

bus scis . geminum nobis monstra-  
 tur saluus iudicium . Vt si quis bo-  
 nus est . imitetur per seueranciam  
 caritatis in stephano . Qui autem ma-  
 lus est . sectetur exemplum conuer-  
 sionis in paulo . Et qui bonus est .  
 aequitatem usque in finem teneat .  
 qui autem malus est . quanto tuis  
 a sua per uersitate discedat . Nec  
 bonum hominem . praesumptio iusti-  
 tiae faciat negligentem . Nec malu-  
 miquitas faciat desperantem . Sed  
 ille bonum fortiter teneat . iste ma-  
 lum celeriter deserat . Bonus ti-  
 meat nec cadat . malus conetur ut  
 sur- gat . Quisquis ergo  
 malus est . cum paulo proster natus  
 in malo . ut cum eo erigatur in bo-  
 no . Quo & ille cecidit malus . &  
 sur rexit bonus . Prostratus est  
 iniquus . et erectus est iustus .  
 Cecidit seuis simus persecutor . &  
 sur rexit ueridicus praedicator .  
 Cadens . lumen corporis impius per-  
 didit . Surgens . lumen cordis ius-  
 tificatus accepit . Coniunctus  
 est itaque stephano . factus ouis ex  
 lupo . Et ecce nunc paulus cum  
 stephano laetatur . Cum stephano  
 xpi claritate per fruitur . Cum ste-  
 phano exultat . Cum stephano reg-  
 nat . Quo enim praecessit stepha-  
 nus trucidatus lapidibus pauli . illuc  
 secutus est paulus . adiutus orationib.

stephani . Quam uera uita ffr  
 mei . ubi non paulus de ste phano oc-  
 cisione confunditur . sed stephanus  
 de pauli consortio gratulatur . quo  
 caritas in utroque laetatur . Ca-  
 ritas quippe in stephano . superauit  
 saeuiciam iudaeorum . Caritas in  
 paulo . cooperit multitudinem pec-  
 catorum . Caritas in utroque pari-  
 ter . regnum meruit possidere cae-  
 lorum . Caritas est igitur omniu  
 fons & origo bonorum . munimen e-  
 gregium . uia quae ducit ad caelum .  
 In caritate qui ambulat . peccare  
 poterit . nec timere . Ipsa dirigit .  
 ipsa protegit . ipsa per ducit .  
 Quo circa fratres . quo scalam carita-  
 tis constituit xps . per quam ad cae-  
 lum omnis possit conscendere  
 xpianus . Puram caritatem for-  
 titer retinete . Ipsam uobis inuice  
 exhibete . et in ea proficiendo con-  
 scendite . Insistite operibus bonis .  
 ut ad praemia aeterna per uenire  
 possitis . adiuti gratia xpi dmi sal-  
 uatoris . **IN NATAL EIU SDE  
 BEATI MARTYRIS STEPH  
 O MET SCI MAXIMI EPI .**  
 Lectio actuum apostolorum quae no-  
 bis hodie lecta est dilectissimi ffr .  
 cum plurimum habeat in ipsa specie  
 ammirationis . non minus tamen con-  
 tinet in ministerio dignitatis . Ec-  
 ce inquit beatus stephanus dicit .

xxviii

**L**

fratres . met . ab